

prædictis in præsentia mei Notarii infra scripti, & testium suprascriptorum illa numerare, & tradere videntium modo, quo infra, videlicet scuta quingentum decem novem in tot scutis auri stampæ Italiæ, & scuta octuaginta unum in tanta moneta argentea. Renunciantes dicti consilii ad abundantiam exceptioni non habitorum, & non receptorum dictorum scutorum sexcentum modo ut supra, speique futuræ habitationis, & traditionis, & quæ scuta sexcentum penes se, & in manibus ipsorum consiliorum retinuerunt, & retinent ad effectum redimendi, & recatandi partes tres ex octo dicitur daci della Cozza venditi Domino Constantino Carmagliero Aquensi pro pretio scutorum trecentum solis, & restituendi scuta ducentum viginti Italiæ mutuo habita a quodam Mercatore civitatis Saonæ medio nomine Joannis Georgii Merlini Aquensis, pro quibus dicta civitas Aquarum solvit, & obligata est solvere interesse ad rationem de scutis decem pro centenariis, ac etiam recuperandi dimidiam daci retaliis, sive fenestræ dictæ civitatis a nobili Guglielmo Ghignono Aquensi pro scutis viginti quinque Italiæ. Residuum vero retinent pro facienda solutione ordinariæ compositionis illustrissimi Principis, & mensualium de præsentibus debitis per dictam universitatem, & prout facere suprascripta omnia dicti consilii promiserunt, & promittunt sub obligatione omnium honorum suorum præsentium, & futurorum refectione damnorum ec., pro pro quibus ec. cedentes dicti consilii nomine dictæ universitatis prædicto Domino emptori præsentibus, stipulanti, & acceptanti pro se, hæredibus, & successoribus illius quibuscumque omnia jura, omnesque actiones reales, personales, utiles, directas, meras, mixtas, & hypothecarias in rem scriptas, tacitas, & expressas, quæ & quas habet dicta civitas, & commune Aquarum in, de, & pro dimidia daci daci, & gabellæ ut supra venditæ jura prædicta, & actiones a prædicta universitate abdicantes, & in ipsum Dominum Galeotum transferentes, quem procuratorem fecerunt in rem suam propriam, & in locum, & statum universitatis prædictæ posuerunt, & ponunt, ita quod amodo suo proprio nomine possit, & valeat de, & pro actionibus, & juribus, ut supra cessis directis, & utiliter agere, excipere, & experiri, & replicare consequi se tueri, & defendere ab omni contradicente persona communi collegio, & universitate, ac alia facere prout & quemadmodum universitas prædicta facere poterat ante præsentem venditionem, & jurium cessionem. Et constituunt sese prædicti consilii venditores ut supra tenere, & possidere, seu quasi prædictam dimidiam gabellæ, & daci ut supra venditi cum omnibus juribus, usibus, dignitatibus, & pertinentiis suis nomine, & vice prædicti Domini Galeotti, ac hæredum, & successorum illius, & quibus dedit donec prædictus Dominus emptor possessionem, & tenentiam, seu apprehenderit corporaliter, quam apprehendendi, & intrandi auctoritate propria, & retinendi deinceps plenam licentiam, & omnimodam potestatem contulerunt, atque dederunt prædicti Domini consilii ipsi Domino emptori, ejusque hæredibus, & successoribus, & sine strepitu, & figura

judicii, & absque decreto, seu jussu Curie Judicis Prætoris, seu Magistratus cujuscumque. Promittentes, & obligantes se se dicti consilii sub obligatione honorum de qua infra ipsi Domino emptori præsentibus, & obligationem ipsam recipientibus, & solemniter stipulanti pro se, hæredibus, & successoribus suis de, & pro dicta dimidia prædicti daci ut supra venditi, aut ejus parte litem, quæstionem, molestiam, vel controversiam aliquam non inferre in judicio, vel extra de jure, vel de facto, nec inferenti modo aliquo consentire, sed dictam dimidiam ut supra venditam cum juribus, usibus, servitutibus, perceptionibus, & pertinentiis suis tam in possessione, quam in proprietate semper, & omni tempore legitime discalumniare, disbrigare, defendere, auctorizare in judicio, vel extra, & attestare ab omni debito, conditione, onere, & servitute, & dictam dimidiam liberam, & exemptam manutene-
 20 vel privata, collegio, sive universitate, & ab omni alia contradicente persona in omni curia, & foro, & ubique quoties, & quando dicto emptori, hæredibusque, & successoribus, aut cui, vel quibus ipse Dominus emptor, hæredesque, & successores sui quovis modo alienaverint, fuerit opportunum cum expensis propriis dictorum consiliorum, & universitatis. Quod si evictio dictæ gabellæ ut supra venditæ sequetur in totum, vel in parte promittunt dicti consilii ipsi Domino emptori, seu hæredibus, & successoribus illius, & quibus dederint pretium rei evictæ cum omnibus damnis, expensis, & interesse reddere, & restituere remissa ex nunc dicto Domino emptori stipulanti ut supra necessitate appellandi per pactum expressum, & ita quod non possint similiter se excusare a solutione dicti pretii rei evictæ, ac expensarum, damnorum, & interesse sub prætextu quod fuerit evictio secuta culpa ipsius Domini emptoris, seu hæredum, & successorum illius, vel dolo, fraude, ignorantia, seu negligentia Procuratorum, aut Advocatorum illius, seu ob
 40 falsa jura, & instrumenta, & falsas attestaciones, nec aliquam aliam exceptionem similem proponere. Et demum de evictione promittunt cum aliis clausulis, & pactis utilibus latinis extendendis ad dictamen sapientis, & quæ pacta, & clausulas volunt, & conveniunt partes ipsæ, quod pro insertis habeantur in hoc præsentibus instrumentis. Et quam venditionem, & emptionem dictæ partes mutuis stipulationibus, & acceptilationibus hinc inde intervenientibus fecerunt, & faciunt cum pactis, declarationibus, promissionibus, & conventionibus, de quibus infra.
 Et primo quod per consilium, seu agentes, & officiales aliquos Communitatis, & Civitatis prædictæ Aquarum præsentibus, seu futuros aliquo quovis modo fieri non possint aliquæ ordinationes, capitula, nec pacta, aut promissiones circa dactum, & gabellam prædictam, propter quæ sequeretur aliquod interesse ipsi Domino emptori, aut successoribus illius.

Item quod ipsa Communitas, & Civitas non possit, nec valeat aliqua ordinationem, nec statum facere, nec aliquod prorsus circa ipsum dactum innovare, & quod exactio dicti daci remaneat in